



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXI. De Hypothesi, Præsupposito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

theca cum sit conventio, nudo consensu constat, hinc sine traditione fit, tribuitque jus in re l. 9. §. 2. ff. de pign. action.

Declar. ut adeo etiam hypotheca in mobilibus, si hæc non tradantur, constitui possit, v. g. in bibliotheca, grege ovium, frumento collecto &c. Brunnem. ad d. l. 9. ff. n. 5.

VIII.

Ubiunque juris dispositio deficit, ibi tacita hypotheca locum non invenit, quia hypotheca tacita oritur ex legis dispositione. Ita ergo Ecclesia ob simplex mutuum nulla competit hypotheca, sicut nec Civitati l. 2. C. de bon. Reipubl. nisi saltem in Saxonia, Carpz. P. 1. C. 28. def. 115. seq. Nec ei qui ad emendam domum mutuo dedit, Carpz. d. l. def. 107.

IX.

Quoties res generaliter oppignorata vendita, toties contra possessorem agi nequit, nisi excusso prius principali Nov. 4. c. 2. Quoties verò res specialiter oppignorata vendita, toties statim contra possessorem pignoris agi potest. Nov. 112. C. 1. vers. ob hoc autem aliqui pugnant.

Ratio differentia: quia pignus speciale magis afficit rem quam generale, Carpz. P. 2. C. 18. def. 15. Hinc pignus speciale aliter vendi nequit, nisi ut pretio illius satisfiat Creditori: quod si igitur hoc non factum, jus in illa re saluum retinet Creditor, quapropter excussione Creditoris gravandus non est. conf. Berl. P. 2. Concl. 24. n. 7. & seqq.

X.

Hypotheca petit cum re hypothecata. Bart. in l. 29. ff. de pign. act. non tamen extinguatur, licet rei hypothecata quantitas mutetur. Bart. in s. fundus. 16. §. 2. ff. de pign.

FINIS LIBRI OCTAVI.

LIBER NONUS.

CAP. I.

Jactare, Jactatio, Gloriatio.

Axioma I.

DE Jactatione vid. Ant. Matt. tr. criminal. d. quaestionibus. 771. num. 3. C. C. Car. V. art. 44. Menoch. de arb. jud. quest.

II.

JACTARE suum nullus præsumitur, l. cum de indebito 25. vers. qui non solvit. ff. de probat. l. qui vas. §. vetare. 3. ff. de furt. exornant Tiraq. in l. si unquam. verb. donatione largius numero 206. cum seqq. C. de revocat. donat. Nicolaus Mozz. de contrahib. tit. de donationib. art. de naturalibus don. numero 2. cum multis sequentibus. Brunor à Sole in locis communibus. verb. jactatio. Menoch. de arbit. 2. casu 88. à princip. Mascard. de probationib. conclus. 554. num. 2. Surdus conf. 7. num. 44. & consil. 80. D. Barbof. in l. quæ dotis num. 17. cum seqq.

XI.

Hypotheca constitui potest etiam in rebus alibi sitis, Bald. in l. 2. in fin. C. mand.

XII.

Hypotheca bonorum immobilium, de quibus debitor judicialiter non est investitus, valida non est in foro Saxonico, Carpz. Decis. 127.

XIII.

Hypotheca publica, quæ per descriptionem in libro publico constituitur, in scio & invito debitore non fit, nisi ob contumaciam. Mev. P. 8. Dec. 125.

CAP. XXI.

De Hypothesi, Præsupposito.

Axioma I.

Dispositio intuitu certi præsuppositi facta non potest locum habere, nisi prius præsuppositum & hypothesis verificetur. l. Lucius 14. de fideicommiss. libert. Glossa & Dd. in l. mancipia 5. in verb. advocandum. C. de serv. fugit. Welenb. 1. conf. 30. n. 8.

II.

Hypothesis & causatio falsa vanum efficit responsum. vid. supr. lib. 1. loca de antecedenti & consequenti ax. imprimis 3. 4.

III.

Rei evidentiam dimittere & præsuppositum quoddam fingere est intellectus quædam agritudo & infirmitas, Everhardus in topie. loc. a L. cessante. num. 3.

ff. soluto matrim. Octav. Glorit. respons. 10. num. 110. Ambrosin. Perus. decis. 15. num. 20. Rot. decis. 34. num. 3. & decis. 108. num. 2. part. 1. in posthum. Farinac. præsertim in judiciis, in quibus semper facienda est interpretatio, quæ magis utilis & expediens sit facienti. Rot. decis. 171. numer. 3. ead. part. 1. Alexand. Trentacinq. consilio 20. numero 13. part. 1. Laurentius Tennin. in tr. cautel. caut. 152. numero 17.

CAP. II.

Idem, de Identitate conf.

infr. Bis.

Axioma I.

Plus est idem cum alio effici, quam pro eodem haberi, Brunnem. in l. 1. C. de indict.

II.

Identitas rerum & actuum non præsumitur, sed probatione indiget. Mev. Conf. 3. n. 82.

III.

Identitas insignium & armorum agnationem quidem, sed non proximitatem probat. Mev. Conf. 90. n. 51.

E e

CAP.